



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Basilicae S. Mariae. Maioris De. Vrbe A. Liberio. Papa. I.
Vsque Ad. Pavlvn. V. Pont. Max Descriptio. Et. Delineatio**

Angelis, Paolo de

Roma, 1621

Cap. VI. De Sacellis, Altaribus, Ciborijs, Cancellis, & Tabernaculis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13873

DE SACELLIS, ALTARIBVS, CIBORIIS, Cancellis, & Tabernaculis.

Caput VI.



ICRVM est superius desitu, & forma suis cum partibus Ecclesiae, Templi, vel Basilicae: Quia vero in ea praeter adhuc allata, etiam Sacelli, Altaria, Ciboria reperiuntur, quae simul partes, & Ecclesiae sunt ornamenta, decet breuiter nonnulla de ipsis peculiariter dicere, ut quibus differentiam dignoscatur, quae inter Sacellum, Altare, & Ciborium adest. Ac ut a primo exordiamur; dico nihil aliud Sacelli nomen insinuare, praeter paruum locum Deo dicatum, aut beatae Virgini, atque Sanctis, vna cum Altari, ex Graeco ιερος nomine diminutiuo a sacro, quod est compositum, ut praesertim Trebatius Iure consultus affirmat, aiens, Sacellum compositum verbum, quasi sacra cella. & Plinius: Sparsa sunt circa Sacella complura, totidemque Dei, sua cuique veneratio, suum numerum. Tacitus de Sacello summo Ioui dicato, Modicum Sacellum Ioui conseruatori, aramque posuit. Sacella publicis Ciuitatis locis reperiuntur, attamen sacris, quod Cicero testatur. Sunt loca publica Urbis, sunt Sacella, quae post restituta Tribunitiam potestate nemo attigit, quae maiores in Urbe partim periculi perfugia esse voluerunt. Et idem saepius id nomen locum designare falsis Dijs consecratum; quod etiam Plinius, Delubrum Ammonis est ibi religiosum, & toto tractu sacella. Altare locus est eminens, a Populo vndique visus, in quo tum Hebraei, tum quoque Gentiles solebant sacrificare. Primi vero Deo, caeteri Idolis, & falsis Dijs. Altaria igitur maximae venerationis semper apud omnes gentes fuerunt, ob religionem, & sacrum locum. Festus inquit, Altaria sunt, in quibus ignis adoletur: & idem vult ab eminentia appellari, affirmans, Altaria ab altitudine dicta sunt, super quibus verè fideles sacras imagines, & Sanctorum reliquias venerantur, ibique Missa celebratur. Antiqui etiam ipsi in Altaribus falforum Deorum Imagines ponebant, illis sacrificia offerentes. Sic enim legimus, Antiquis Dijs superis in aedificijs a terra exaltatis sacra faciebant. De Gentilium significatu, & Altarium vsu Virgilium lege, Plinium, Ouidium, Cicero-

quia ortus tanquam mundi pars honoratior adorationi Dei destinatus est. Et in fine: Ecclesiam a sanctis Apostolis orandi morem, & locum accepisse. Tertull. ad Valentian. adnotat figuram Spiritus sancti, Orietem Christi figuram; & in Apologet. inde suspicio est, quod in notuerit mos ad Orientis regionem precari, quod S. Paulinus confirmat, Iustinus, Epiphanius, Origenes, S. Basilius, Gregorius Nyssenus, Augustinus, Damascenus, Germanus, & alij Patres, qui scriptis consignarunt, ritum Apostolicum esse, ut fideles versus Orientem orent. Quod si aliquis adhuc causam requirit, cur hodie conferuetur, potest ad eos, qui scrupulis agitantur ex sacra Scriptura responderi, quod ideo fideles ad Orientem adorant, quia ibi Deus Paradisum constituit, sicut in Genesi legimus: Plantauerat Deus paradysum a principio. Et Dauid; Adorabimus in loco, ubi steterunt pedes eius. & apud Ioannem: Christus lux mundi appellatur. Et Zacharias: Et Oriens nomen eius. Libet etiam addere, quod Saluator noster pro humana salute moriens, ad Orientem inspiciebat, & nos quoque versus Orientem orabimus, quasi Christum imitantes: simul etiam ab Oriente ad Caelum ascendit, quod Psalmista testatur: Ipse ascendit in caelum caelorum ad Orientem. & S. Matthaeus: Sicut fulgur exit ab Oriente, & pariet usque in Occidentem, ita erit aduentus filij hominis. Nos igitur oramus versus Orientem, tanquam futurum iudicem expectantes, ut inquit Damascenus: alias rationes Bellarminus assignat. Nos cum Durante concludemus: Non ideo adoramus ad Orientem, quia in ea parte mundi Deus, aliquo modo circumscriptus habitet, sed quia Deus lux est vera, diciturque, eam ob causam; ad creatum lumen istud conuersi, non illud, quod creatum est lumen, sed eius luminis creatorem adoramus. Et ad finem responsionis: Audiant vero fideles, & discant, quod sancti Apostoli Christianorum Ecclesias ideo iusserunt Orientem versus suas effundere preces, ut ad paradysum, unde cecideramus respicientes, suppliciter a Deo petamus, & a nostro Domino, ut in antiquam nos patriam, & locum unde cecidimus restituere velit.



Tertull. ad Valentian. cap. 3. & Apolog. cap. 16.

S. Paulin. epist. 12. Iustin. q. 118. Epiph. har. 19. Hom. 5. super Num. lib. de Spiritu sancto. cap. 27. Nyssen. orat. 5. de orat. Dom. S. Basil. lib. 2. de ferm. Dom. in monte. cap. 5. Damasc. libro 4. de fide. c. 13. Fideles, ut versus Orientem orent, cur hodie conferuetur. Deus ad Orientem Paradysum constituit. Psal. 131. Ioan. cap. 8. Zachar. cap. 6.

Christus Saluator moriens ad Orientem aspicebat.

Christus ab Oriente ad caelum ascendit.

Psal. 57. Matth. cap. 24.

Oramus versus Orientem, tanquam futurum iudicem expectantes.

Bellarmin. lib. 1. cap. 3. num. 4.

Deus lux est vera, & illum, ut creatorem luminis adoramus.

Audiant vero fideles, & discant, quod sancti Apostoli Christianorum Ecclesias ideo iusserunt Orientem versus suas effundere preces, ut ad paradysum, unde cecideramus respicientes, suppliciter a Deo petamus, & a nostro Domino, ut in antiquam nos patriam, & locum unde cecidimus restituere velit.

Small marginal notes on the right edge of the page, including references to various authors and works.

Lin' in prof. lib. 1. de cad. 3. Lucr. lib. 4. Virg. 7. Aeneid. 14. & 3. Geor. 97. & 7. Aeneid. 42. & 11. Aeneid. 10. & Egeles. 8. 12. Claudian. in med. 1. 8. Sext. Stat. lib. 1. Thebaid. Strabo de rebus Ecclis. cap. 6. Varro de ling. latin. lib. 5. Altare à prece- tionibus dictum quas Greci aras vocant. Greg. Naz. Ecclis. hierar. 6. 3. Dionys. lib. 4. cap. 20. Iren. de panis. Tertul. orat. 11. in laudib. Gorg. Naxian. lib. 2. tom. 2. hares. 68. Epiph. lib. 2. cap. 29. Socrus. Socrat. lib. 3. Tripar. c. 10. Cassiod. lib. 8. cap. 31. Niesphor. ader sus iustis. Ambros. lib. 2. cap. 6. Rufin. in theor. rerum Ecclis. Cancelli locum orationis designant. epif. 16. 9. a publico loca nunt. orat. 1. g. 49. Zuff. lib. 10. hif. Ecclis. c. 4. Templum à Paulino Tyri Episcopo extructum. Cancelli alij lig- gno, alij aere, alij ferro. Alij instar retis inferuunt, prece- ferum pro alicui rei custodia. Cicero pro Sext. 108. in Verrem. 115. primo de Orator. 28. & pro Quint. 19. Varr. de re rust. lib. 2. cap. 5. Ouid. Amor. Eleg. 2. & 13. Bud. lib. 8. cap. 10. Piu. lib. 9. cap. 51. & cap. 33. Vlp. de his qua in test. de leg. l. 2. A pulvis cancel- los fuisse can- cros appellatos.

nem, Liuium, Lucretium, Virgilium, itidem Claudianum, Sext. Statium. Seruius inquit, Aram ab ariditate vocari, *Quia in illis adoletur ignis*: & addit, *Altaria ab alendo, quia igni adduntur alimenta*. Isidorus dicit, *Aram quidem vocatam dixerunt, quod incensa ibi victima ardeant*. Alij volunt Aram ex græco verbo manare his verbis, *Alij Aras dicunt à preceationibus, quas Greci aras vocant*. Altare autem ab altitudine constat esse nominatum, Strabo, & Varro. Altare apud Catholicam Ecclesiam à purissimo, & sacratissimo sacrificio nomen desumpsit, vt Gregorius Nazianzenus nos docet in oratione 4. in Iulianum. De vsu, antiquitate, & veneratione Altaris in noua, & veteri lege, vide Dionysium, Irenæum, Tertullianum, Nazianzenum, Epiphanium, Sozomenem, Socratem, Cassiodorum, Nicephorum, Sanctum Ambrosium, Rufinum, & alios: à Durante cap. 15. citatos. Vndique Altaria solent apud Catholicos cancellis, & columnis circumdari; non solum ad defensionem, sed etiam ad venerationem, atque adeo vt populus nequeat Altari appropinquari, quod ad similitudinem Sanctæ Sanctorum Templi Salomonis est effectum, vt Germanus testatur, indicans Cancellis locum orationis designari, *Cancelli locum orationis designant, quousque populus extrinsecus accedit, intrinsecus autem Sancta Sanctorum solis Sacerdotibus prænua*. & ad confirmationem dicitur, quod nimirum Altare similitudinem Sanctæ Sanctorum sapiat, Eusebius testem se præbet, inquiring, *Templum à Paulino Tyri Episcopo extructum describere docet. Altare tanquam Sancta Sanctorum situm fuisse in medio Sanctuarij, quod autem eo accedi non posset, & multitudine, cancellis è ligno fabricatis Altare circumdatum cancellarum, & à Grecis κρυλλίδης, σπιδαντοι dicuntur; id est tenui materia constructi: & quidem alij ferro, alij ligno, alij aere, alij instar retis, atque varijs figuris intertexti, & solent diuersis inferuire, sed præsertim pro alicuius rei custodia. Vide Ciceronem, Varronem, Ouidium, Budæum, Plinium, Claudianum, Vlpianum. Festus addit, à prificis, Cancros fuisse appellatos; cum tamen hodie per diminutionem cancellorum nomen obtinuerint; & à Grecis ex cubito nomen sumpserunt, apud ipsos ἀνικρον, vocato. Nostra tempestate maiori ex parte in ligneas columellas sunt commutata, vel marmoreas, aut ex quouis materia vna cum basi, & coronide, tanta altitudine, vt homines brachijs innitantur; & Altaria*

cingunt; quamquam vix hominis longitudinem excedunt. Strabo, *Solent plurimi non altius construi, quam vt stantes desuper inniti cubitis possint*. atque id totum est, quod de cancellis dici potest, vel potius hic locus ex columellis structuram significat, quibus Altaria cinguntur. Lege Synodum Turonensem. Synod. Calcedonensem. Adhuc differentiam inter Ciborium, & Tabernaculum attingamus, causam indicantes, cur fuerint à Catholicis adinuenta. Igitur Ciboria apud antiquos, & Gentiles plura significata seruant, de quibus Plinius, Athenæus, Horatius, Gellius, & ex græco κισσορια pendet, nos dicimus, apud Ecclesiasticos tam Græcos, quam Latinos locum significare, in quo Sanctissimus Crucifixus asseruatur. Et quidam volunt instar arcæ fæderis testamenti fuisse, quam Sancta Sanctorum nominant; pro cuius custodia Deus præcepit, vt duos Cherubim facerent. Perionius credit Ciborij originem ex quadam arcula manare, in qua Sacramentum seruabatur, his verbis, *Nam Cib, est arca, orium, illuminatio Domini*. Ioannes Chrysofostomus, *Faciebat delubra argentea Diane, & quomodo possibile erat fieri delubra argentea, fortassis parua Ciboria, que vocant, &c.* Anastasius, inquit, *Altaribus duarum Basilicarum Sanctorum Andree, & Siluestri argentea Ciboria destinasse, que quidem vascula in Sacramenti huius conseruationem habebantur*. Nostris temporibus volunt quoddam ornamentum, & Altaris tutelam esse pluribus eolumnis innixam, ex quo à pulueris infestatione defenditur, solentque marmore, & varijs historijs ornare. Alij volunt in Ciborijs cellulas esse, vbi reliquiæ asseruentur. Ioannes Diaconus sic scribit; *In Basilica Sancti Petri super Altare Ciborium fieri iussit. & sapius legimus ab ijs Sanctis Pontificibus in sacris Altaribus plura Ciboria, ex varijs rebus fuisse composita*. Auctor reuelationis capitis Diui Ioannis Baptistæ, inquit, *Sanctus Felix, & socij eius, cum venerando Rege inter cetera Dominum deprecabantur, vt eis salubre consilium suggereret, quoniam in loco sancta membra locarent, adificantes Basilicam, & in ea Ciborium. Et non longe caput Sancti Ioannis Baptiste almi præcursoris Christi, & beatorum trium Innocentium corpora simul in hoc Ciborium conclusurunt. Quod etiam à nonnullis Patribus, & præcipue à Gregorio Turonensi, Turris vocatur*. Quia verò in Vaticana Bibliotheca, Paris de Grassis manuscripta adfunt, nonnulla experientia, quæ non solum ad rem nostram, sed etiam ad eruditionem conferunt,

Strab. de reb. Ecclis. de exposit. nom. quoru iam sacris rebus.
Synod. Turon. & Calced. Can. 3. c. 1. de vita, & honest. Clir. ad. 1.
Differentia inter Ciborium & Tabernaculum.
Plin. lib. 12. cap. 15.
Athen. lib. 3.
Horat. 2. Carm. Gell. lib. 9. cap. 12.
S. German. in theor. rer. Eccl. Anast. Bib. hist. in vita S. Greg. Pap. & Simmach. &c.
Perion. de ling. Gall.
Ciborium locus in quo sanctissimus Crucifixus asseruatur.
Chrysof. homil. 41. ad. Apof.
Anast. in vita Simmach.
Ciboria vascula sunt, in quibus Eucharistia Sacramentum conseruatur.
Te. Steph. Dur. de rit. Eccl. Cat. lib. 1. c. 16. n. 2. 3. & 4.
Qui multos adducit Græcos, & Latinos Auctores, & optimè ostendit quid sit, & vnde habeatur ciborium, & quid sit tabernaculum, & quæ est differentia.
Te. Diaz. in vita S. Greg. Papæ.
Nostris temporibus ciborium est quoddam ornamentum pluribus eolumnis innixum super Altare.
Greg. Turonens. lib. 1. de glor. Martyr. c. 16.

lib. 11. cap. 1. a publico loca nunt. orat. 1. g. 49. Zuff. lib. 10. hif. Ecclis. c. 4. Templum à Paulino Tyri Episcopo extructum. Cancelli alij lig- gno, alij aere, alij ferro. Alij instar retis inferuunt, prece- ferum pro alicui rei custodia. Cicero pro Sext. 108. in Verrem. 115. primo de Orator. 28. & pro Quint. 19. Varr. de re rust. lib. 2. cap. 5. Ouid. Amor. Eleg. 2. & 13. Bud. lib. 8. cap. 10. Piu. lib. 9. cap. 51. & cap. 33. Vlp. de his qua in test. de leg. l. 2. A pulvis cancel- los fuisse can- cros appellatos.

runt, operæpretium duximus hic transcribere.

Ex lib. ceremon. Parid. de Graf. Vt quid propriè sit Cappella Papalis, unde tanta ceremoniarum cura defudat, prius intelligatur, aliquid disserere iuvat de Templi positione. Sic enim nouitijs innotescet, quid ipsum sit Templum, quid Delubrum, quid Fanum, quid Lararium, quid Basilica, quid Ecclesia, deq; primogenia nominis, ac partibus eius, ut est Absida, Tribunal, Presbyterium, Sacrum, Sacrarium, Sanctum Sanctorum, Sacrosanctum, Sanctuarium, Vestibulum, Ambulacrum, Cancelli, Suggestus, Solium, Thronus, Sedilia, Scabella, Chorus, graduumq; numerus. Et quid denique sit, ac unde dicatur ipsa, de qua loquimur Cappella, & quæ eius sint eatenus pertinentia, quatenus illam esse Papalem intelligamus.

Primum Templi positorem fuisse Dedaalum.

Primum igitur Templi positorem fuisse Dedaalum Hymetionis Atheniensem ex opinione Porphyrij narrat Eusebius in primo de Euang. præpar. postquam enim nonnullorum Deorum simulachra à Lycurgo apud Aegyptios effigiata uisidisset, sed & nomina, nominumq; & sexuum discrimina à Museo indita, adorationem quoq; ex combustarum herbarum suffumigationibus grata perpendisset; eisdem, ut aliquid suo artificio uir artificiosus adijceret, ædem Dijs primus extruxisse fertur, obscuram quidem, utpote subterraneam eo prætextu, quod supplicaturi illic homines in quadam essent libertate illud faciendi, quod an gratum, uel ingratum Dijs illud esse ignorabant. & nè sub huiusmodi ignorantia forsitan displicere contingeret eisdem, quos placare intendebant; in obscuris antris, nè inuicem cognoscerentur, sacrificabant. Unde quia simulachra in ipsis Templis posita discerni uix poterant, igne intulerunt, quem postmodum tanquam, uel hominibus commodissimum, uel Dijs simillimum existimantes, perpetuo ardentem in Templo seruabant. quod lumen hodie quoque à nobis, pristino more seruato, licet non eadem ratione, custoditur.

Post Aegyptios Hebraei extruxerunt templum. Deinde Greci, & nouissime Hetrusci, & Romani.

Templa dicta, quali tecta ampla.

Unde dicta Delubra.

Post Aegyptios Hebraei Tempia in cultiorem modum extruxerunt. Deinde Greci, & nouissime Hetrusci Italiae populi, auctore Pythagora, à quibus mox Romani. At hi quantum in Templorum structuris excefferint, uideamus etiã admirantes ex ruinis, fragmentisq; hodie superextantibus. Dicta autem Tempia sunt à sacrorum contemplatione, aut quasi tecta ampla; quorum partes erant quatuor, anterior ad Ortum spectans, posterior ad Occasum, sinistra ad Septentrionem, & dextra ad Meridiem; ita ut qui oraret, semper ad Orientem uersa facie conuersus oraret, quemadmodum etiam nos ritè seruamus. Delubra appellabantur ea loca, ubi duntaxat simulachra Deorum dicata erant; non enim

A ubique, ac in omnibus Templis simulachra ponebantur, sed erant plurima uacua, & omnino alba: & quemadmodum candelabrum dixerunt, ubi candela figeretur, sic Delubrum, ubi Dei simulachrum coleretur. Alij ea tantum Delubra dixerunt, quæ fontes lauatorios haberent, cuius Sacerdotes baptista erant quasi lauatores. Unde Ioannes Christi lauator, siue baptizator à Christianis; baptista dictus est propterea baptisterium fontis, idest, regenerationis locus, & baptisimus ipsa sacra lotionis purificatio dicitur.

B Fana uero loca Faunis dicata, uel à fando quod Pontifices in eis consecrandis, certum quid seclusum mysterium fari solebant. Hinc profanum, quod ante Fanum est, quippe ipsi Fano iunctum. Profanatum uero pollutum. Hæc autem Fana angusta admodum, & uidequaue parua, alio nomine Sacella dicta, & sacra-ria sanctitati inaccessa, & intima pars Templi inuiolata, & omnibus inuisibilis, præter summum Pontificem. Licet Sacrarium quandoque pars Templi esset, ubi res sacræ reponerentur, hodie à nobis Sacristia nuncupata.

C Varro ait de lingua latina, titulo de Instrumentis rusticis. Sacrarium ideo à Romanis dictum, ut eo præter Virgines Vestales, & Sacerdotem publicum introeat nemo. Scribit Egisippus in 5. Sacrarium Templi Hierosolymorum fuisse à gentibus profanatum, quò solus semel in anno Princeps Sacerdotum sacrificij causa intrare solebat. Scias autem quod cum nos hodie in nostris Ecclesijs hanc partem, quæ sacrarium dicitur, non habeamus, propterea Rom. Pontifices, auctore Innocentio Tertio, in libello de Sacramentis, instar Sacrarij huiusmodi, & à similitudine moris antiqui congruè designarunt Altaria principaliora in quatuor Urbis Romæ Basilicis, super quibus nemini mortalium præter ipsum Romanum Pontificem celebrare liceat; ideoq; ipsa Altaria sacra nuncupantur, quæ esse uidetur sententia Dionysij Areopag. in Ecclesiastica Hierarch. tit. de his, quæ in sancta communionem sunt, par. 3. Quid autem sit sacrum, & quid sanctum præter illa, quæ apud Macrobius lib. 3. Varron. tit. prædicto, & Vlpian. Iuriconsult. tit. de rerum diuis.

D gentiliter referunt, hæc quoque apud Hierem. non minus quam Christianè traduntur in Epistola ad Paulinum, quæ incipit, Voce me prouocas ad scribendum, &c. cuius hæc sunt uerba. Considera quod & uasa sacra in tabernaculo legitimus, & alia, quæ ad ritum ceremoniarum pertinent, tum utique sancta esse non possunt, nisi quæ sentiunt, & uenerantur Deum. Idioma igitur scripturarum est, ut interdum Sanctos, pro purificatis, & mundis nominet, sicut Berfaber sanctificata scribitur ab immunditia sua, & ipsum

E

sum
Temp
Ver
erat
mita
Rom
gen
tem
per i
de V
su, se
cu eff
ro par
lus su
in epi
nucep
uon,
uone
torum
tas in
rij. Pli
actam
que et
nuncu
actior
non fan
ubi D
tur. Et
quod r
proprie
Impera
uimam
Deorum
nanqua
neum f
atum
quod H
iptur L
lerat pr
faciliq;
tamen t
rom. lib.
uas, &
cu ingr
ruat T
antioch
guro de
de à sen
sub tren
his Reg
de Eccl
cu habet
delirum
quam f
gnifica
quasi e

sum templum, sanctuarium dicitur. haecenus ille. Verum quoniam omne templum bifariam diuisum erat, quippe pars altera ceterior, qua populus admitterebatur, sancta dicebatur ab Hebraeis, sed à Romanis sacra penetralia, à Græcis uero adyta genere neutro, per γ græcum, ac secundæ declinationis, cum aditus quartæ, masculinîq; generis, & per i, latinû scripta dictio ingressum designet. Vnde Virgilius, Aditûq; per auiâ querit, pro ingressu, sed pro sacris penetralibus dixit: Aeternûq; adytis effert penetralibus ignem. Sancta Sanctorû uero pars erat illa Tabernaculi interior, in quam solus summus Sacerdos intrabat, de qua latè dicitur in epist. Pauli ad Hebr. 9. Sanctuarium autem nuncupatur sacellum, uel Oratorium potius priuatum, & domesticum, quàm publicum, aut commune, unde quandoq; Sanctorum, quandoq; secretorum locus interpretatur. Ezech. c. 44. Pones cor tuû in uisj Templi, & per omnes exitus Sanctuarij. Plin. quoq; dixit in sanctuarijs Mitridatis inuētam esse à Pompeio illâ antidoti compositionem, quæ etiam à nostris pharmacopolis Mitridatiû nuncupatur: quamuis Raphael Volater. modernus auctor in lib. Cōmen. Urb. 27. de partibus domus, non sanctuariû, sed sanctuariû legendum dicat. ubi D. Hieron. scholâ latinitatis arguere uideatur. Et subdit sacellû huiusmodi propriè illud esse, quod uulgus cappellam uocat, quæ ab antiquis propriè larariû dicebatur. Vnde Lamprid. tradit Imperatorem Alexandrum in larario suo rem diuinam matutinis horis factitasse, in quo ad effigies Deorum Alexandrum Macedonem, Habraham nunquam, & Iesum Christû, ac Apollonium Tyænum formatos habuisse. & licet hec sacrarum ædium uocabula inter se quodâmodo differebant, quod Herodianus inuuit in Alexandro inquitens. Igitur Deorû simulachra, quæ ille suis ædibus extulerat, proprijs quæq; templis, fanis, adytis, sacrarijs, sacellûq; prout cuiq; conueniebat, restituit, &c. tamen hec eadè sepius confunduntur. Vnde Hieron. lib. Machab. 2. cumq; ait, proposuisset pecunias, Sacerdotes Nanea, & Antiochus cum paucis ingressus esset intra ambitum fani, clauserrunt Templum, cum autem intrasset delubrum Antiochus, apertoq; acculo adyto sanctuarij, percussit Ducem, &c. Basilica erat regia domus, ex græco deducta, quippe Basileus Rex dicitur; unde à simili nos quoq; Urbis Ecclesias principales sub titulo Basilicarum nominamus; ibidem Christo Regi seculorum sacrificantes, ut est in c. ult. de Eccles. adific. sed antiquæ Basilicæ binas porticus habebant pro litigatoribus. Ecclesia censetur fidelium conuocatio, quam ideo Apostoli sic potius, quàm synagoga dixerunt, quæ Congregationem significat, ut qui intrassent uocatione quadam quasi electione diuinitus facta simul uniti, &

A coniuicti essent. Hinc quia populus fidelis simul conuocatus in Ecclesia esse solet; ideo etiã locus ipse appellatur Ecclesia, ut sic spiritualiter; materialiterq; Ecclesia cõprehendatur, sicut Senatus, non solum sessionis locus, ubi Patres cocunt, sed etiam ipsius actus unitas, ac consultandi. Eadè quoq; ratione Cappella Papalis, tam spiritualis, quàm corporalis intelligitur, ut sit non minus Pontificis, & Senatus, ac Principû, & Prælatorum, ac Officialium, & denique populi fidelis unitas, quàm sacer locus orationis eorundem. Sed & plerumque pro sacra ibidem celebratione agenda capitur.

B Dicta autem Cappella, ut Gulielmus Durandus in suo rationali sub titulo de Sacerdote scriptum reliquit, à cappa, quod genus Ecclesiasticæ vestis Galli appellant, super qua re ego quia uix credibile existimabam, ipsius auctoris uerba subiici. In plerisque, inquit, locis Sacerdotes, Cappellani uocantur: nam antiquitus Reges Franciæ ad bella procedentes Cappam, quæ Gallicè loquendo, uestimētum erat B. Martini, secû pro spe uictoriæ, suffragioq; portabant. Et eã cappam sub quodâ tentorio, quasi Oratorio confutis caprarum pellibus, quæ & Capelle dicuntur, seruabāt, & sic locus ille ab ipsa cappa, siue à cappellarum pellibus Cappella deducitur. Et Sacerdotes ipsius cappæ, locique custodes Cappellani dicti. quo factum est, ut successiue ab illis ad cunctos Sacerdotes hoc nomen quibusdam regionibus est transmissum. haecenus ille. Quem nē ignarum potius arbitrer, an simpleculum admirer; inemptus sum; censeant periti. Isidorus autem, & homil. 1. 19. cap. 30. cum de ornamentis differit, cappam aliter exponens ait. Capitulum est, quod uulgo capitulare dicunt. Idem & cappa, uel quod duos apices, ut cappa bina habeat, uel quia capitis ornamentum est. Ceterum ipsa Cappella Papalis usq; ad eã infra dictas portiones materiales in se principaliter exigit, ut illis deficientibus, nō Papalis, sed quæuis alia intelligatur. hec sunt sicut suggestus, solium, sedilia, septa, cæcellis, uel vestibulum, presbyterium, ambulacrum, chorus, & tribunal. Sanè suggestus, siue thalamus, locus est sex gradibus eleuatus, ubi sedes Pontificis ampla, solium, siue thronus dicta ante Altare è regione, aut ad dextrum Altaris cornu, quod est Euāgelicum sita est. Cancelli, repagula, aut crates intermedij sunt, qui Senatû à populo distinguunt. Ut interpretes dicunt super eo uersu Nafonis. Cæcellis primos imposuisse pedes. Sed & Cancelli singulari numero ea est chorialis sedes, ubi quisque Canonicus, aut quibus Religiosus psalmodiæ uacans alius ab alio distinctus stat, aut sedet, cuius cancelli mentione habet Hieron. in lib. de effectu uirt. c. 15. inquitens, Cum tēpus esset, quo Theodosius Imper. munus ad Altare offerre solebat, can-

C D E

Culiel. Durand.

Isidor. homil. 1. 19. cap. 30.

Capitulum. Cappa

Suggestus, solium, sedilia, septa, cancelli, vestibulum, Presbyterium, Ambulacrum, Chorus, & Tribunal.

Hieron in lib. de effectu uirt. c. 15.

B cellos

Omne Templū bifariam diuisum erat.

Quid Sanctuarium.

Quid Sanctuarium.

Ezech. cap. 44.

Sacellum, Cappellam uulgus appellat, ab Antiquis lararium dicebatur.

Basilica erat regia domus.

Antiquæ Basilicæ binas porticus habebant.

Ecclesia est fidelium conuocatio.

ea tunc dicitur ad e, quoniam lararium dicitur.

ta lectu dicit.

id Priuatum.

ratum u dicitur.

ratia pua in or Vitiis.

uid dicit quid sit.

na fact.

cellos non sine lacrymis est ingressus; cum vero obtulisset sicut solitus erat, in cancella stetit, quae erat extra cancellos, unde ab Ambrosio receptus fuit, &c. Quod hic ideo apposui, quia has cancellas, quasi Canonistae alio nomine stallum in choro vocant, nos in Cappella Papali nequaquam usurpamus. Deinde Tribunal est, quod vulgo tribuna dicitur, aut alio nomine absis, sub cuius incuruae fornix arcu Altare locatur, ubi sacrificans Antistes cum ministris circumstantibus residere solet. Presbyterium à nobis, tota supra gradus planities intelligitur pro sacrificantis mensa, sandistorioque ponendo, ubi ministri quoque sacrificiorum hinc, & Praelati assistentes, inde resident. Vestibulum locus est inter septa Cappellae sub gradibus Presbyterij epistole, Evangelijque decantandi. Ambulacrum ea pars Cappellae media circa Cardinalium septa est, quae ab ingressu ad Altare ducit. ubi nobilium tam Palatinorum, quam aulicorum diuersorium est. Prisci mortalium rectores praeclara meo quidem iudicio, ac propè diuinam sententiam habuere, qui cum rerum naturam ingenti studio, diligentiaque perquirent, nihil accuratius, nihilque ut ita dixerim, beatius instituisse videntur, quam ut populi, populorumque praesides ex Pontificum scientia sacros ritus solemnemque ceremonias cognosceret, cognitasmque obseruarent; hac quippe ut opinor, ratione compulsi, quod nulla res efficacius humanum genus moderatur, quam religio. Namque ut dicere solent Alexandri Macedonem, Q. Curtius refert, ubi semel religionem qualecunque profiteri cœperit gentium multitudo, melius suis sacerdotibus, quam suis Imperatoribus pareat. Hinc multifaria, multisque modis olim diuersi populi diuersos sacrificandi ritus perque siuere, atque ita perque siuere, ut tot penè extiterint deorum latræ, & ceremonie, quot populi, & cœmeritia, ex quibus Romani sicut ceteris rerum Imperio praesidere, ita ritu, sacrificioque excellere, ipsis enim tanta nē dicā religionis, sed vane superstitionis cura fuit, ut pro Imperio augendo, custodiendoque nunquam ab exactissimo ceremoniarum cultu remotos oculos habuerunt: quin & Urbem Romanam tam diu tutam, incolumemque sunt arbitrati, quoad Martis ceremonias non deferrent; ideoque summa maiestatis decus suis ceremonijs famulari non dubitauere; quippe arbitrati sunt Pontificuli illi sacerdotum Censores (quos, ut coniunctio atas nostra magistratos ceremoniarum appellat) iustis, castisque ceremonijs demonstrari diuinam maiestatem humano genere ampliore, augustioremque fore, & subinde reuerentiā, ac timorem superuū fieri longè maiore. Omitto superstitionem Aegyptiorum, atque aliarum similis seclæ nationes, quae usque ad fastidium inexequendis sacris ritibus morose fuerunt; nō tamen Hebraeorum volumina sigillauerim, cum nō

Ex Pontificum scientia ceremonie cognoscuntur, & obseruantur.

Religio moderatur humanum genus.

Tot Deorum latræ, & ceremonie quot populi.

A Isis, nec Osiris, neque Anubis, sed ipse verus, atque omnipotens Deus per mysterium Moyses sacrificiorum leges impenderit. profecto rituum ceremoniarum repleta sunt omnia. Quid enim aliud sonat Levit. quiddam etiam Numer. & omnis ferè Pentatheucus, nisi sacrificandi ritum, & libaminum normas? quae etiā à Lactantio primū, dein ab Herodoto, atque Diodoro Siculo, & Apuleio in ultimo transformat. alijsque luculentis scriptoribus luculenter recensentur. Verum ubi Saturno tenebrosa in tartara misso, apparuit gratia Saluatoris nostri Iesu Christi erudiens nos in religiosis, salutaribusque ceremonijs, tunc primū Apostoli, & discipuli eius, ac deinde sanctissimi Patres Catholice, & Apostolice fidei cultores, quibus verè diuinitatē noscere datum est, adeo mansuetas, adeo sacras, adeo mysticas ceremonias, tum per diuinam maiestatis oracula, tum etiā per Sanctorum Patrum reuelationes instituerunt; ut solae Christianae salutare, sole religiose, sole pure sint, & diuinae puritati conuenientes. Romanorum vero gentilium impurae alicuae, alicuae inhumanae, ac plerumque ferocientes, & sanguinariae sunt; sicut illa, quae apud Virgiliū sanguine placarunt ventos, & Virgine caesa. Et quibus laralis Iuppiter à Romanis ipsis sanguine colebatur humano. Saturnus quoque in Latio eodē sacrificij genere cultus est, non quidem ut homo ad arā immolaretur, sed ut in Tiberim de ponte Miluio mitteretur. In Bellona itē sacrificijs Sacerdotes ipsi nō de alieno, sed de proprio sanguine litabant. Itē cum in matris Deorum sacrificio cultores, nō nisi virilibus amputatis rem diuinā faciebant. & haec sacra Romanorum ceremonie erant, quibus Dij suos cultores parricidij, membrorumque mutilationibus inquinabant, & suorum sacerdotum penis propitiabatur. Nēpe satius tunc ceremoniarum magistris pecudū more viuere fuerat, quam Deos tam impios, tam sceleratos, tam sanguinarios colere. De barbaris mirandum non erat, quorum ceremonie cum moribus congruebāt, sed ijs in praesentiarum ommissis, vel potius ad Lactantium remissis, qui ea in lib. de diu. instit. 1. & ad B. Aug. in lib. de Ciu. Dei, exactissime prosequuntur. Regredior iam ad nostram Christianorum ceremoniam, quae potissime ad celestem clementiam nobis propitiandam inuenta est, praeter id, quod est ars reuelata diuinitus, etiā summa ratione per Patres nostros, in initio adolescentis Ecclesiae, decreta scilicet ut noscamus quo ritu, quouē sacrificio Deū coli oporteat. Id enim est humani operis officium, in eoque solo summa rerum, & omnis vitae beatæ ratio consistit, quandoquidem propter ea creati, & inspirati sumus ab eo, ut ipsum debitis, pijsque veneremur obsequijs. Nihil enim singularis, & sancta illa maiestas aliud ab homine desiderat, quam solam adorationem per ceremoniales, sacrosque ritus exhibendam cum ordine, & reuerentiā.

Rituum ceremoniarum repleta sunt omnia.

Romanorum ceremonie, quae impurae, alicuae, inhumanae, ac plerumque ferocientes, & sanguinariae sunt.

Viribus repletis, rem diuinam faciebant.

S. Augustini ad C. de Christianis ceremonijs celestibus dicitur, quod summa puritati conuenientes.

rituum ceremoniarum repleta sunt omnia. Quid enim aliud sonat Levit. quiddam etiam Numer. & omnis ferè Pentatheucus, nisi sacrificandi ritum, & libaminum normas? quae etiā à Lactantio primū, dein ab Herodoto, atque Diodoro Siculo, & Apuleio in ultimo transformat. alijsque luculentis scriptoribus luculenter recensentur. Verum ubi Saturno tenebrosa in tartara misso, apparuit gratia Saluatoris nostri Iesu Christi erudiens nos in religiosis, salutaribusque ceremonijs, tunc primū Apostoli, & discipuli eius, ac deinde sanctissimi Patres Catholice, & Apostolice fidei cultores, quibus verè diuinitatē noscere datum est, adeo mansuetas, adeo sacras, adeo mysticas ceremonias, tum per diuinam maiestatis oracula, tum etiā per Sanctorum Patrum reuelationes instituerunt; ut solae Christianae salutare, sole religiose, sole pure sint, & diuinae puritati conuenientes. Romanorum vero gentilium impurae alicuae, alicuae inhumanae, ac plerumque ferocientes, & sanguinariae sunt; sicut illa, quae apud Virgiliū sanguine placarunt ventos, & Virgine caesa. Et quibus laralis Iuppiter à Romanis ipsis sanguine colebatur humano. Saturnus quoque in Latio eodē sacrificij genere cultus est, non quidem ut homo ad arā immolaretur, sed ut in Tiberim de ponte Miluio mitteretur. In Bellona itē sacrificijs Sacerdotes ipsi nō de alieno, sed de proprio sanguine litabant. Itē cum in matris Deorum sacrificio cultores, nō nisi virilibus amputatis rem diuinā faciebant. & haec sacra Romanorum ceremonie erant, quibus Dij suos cultores parricidij, membrorumque mutilationibus inquinabant, & suorum sacerdotum penis propitiabatur. Nēpe satius tunc ceremoniarum magistris pecudū more viuere fuerat, quam Deos tam impios, tam sceleratos, tam sanguinarios colere. De barbaris mirandum non erat, quorum ceremonie cum moribus congruebāt, sed ijs in praesentiarum ommissis, vel potius ad Lactantium remissis, qui ea in lib. de diu. instit. 1. & ad B. Aug. in lib. de Ciu. Dei, exactissime prosequuntur. Regredior iam ad nostram Christianorum ceremoniam, quae potissime ad celestem clementiam nobis propitiandam inuenta est, praeter id, quod est ars reuelata diuinitus, etiā summa ratione per Patres nostros, in initio adolescentis Ecclesiae, decreta scilicet ut noscamus quo ritu, quouē sacrificio Deū coli oporteat. Id enim est humani operis officium, in eoque solo summa rerum, & omnis vitae beatæ ratio consistit, quandoquidem propter ea creati, & inspirati sumus ab eo, ut ipsum debitis, pijsque veneremur obsequijs. Nihil enim singularis, & sancta illa maiestas aliud ab homine desiderat, quam solam adorationem per ceremoniales, sacrosque ritus exhibendam cum ordine, & reuerentiā.

rentia, rerumq; omnium congrue dispositionis ornatu, que omnia in theatrali spectaculo, in acie militari, in classe parata regularissime seruari iubetur, quanto magis ceremoniarum censura, que mysterijs imbuta moralibus, & sacramentis plena celestibus sanctissime celebrationi non adhibeatur. siquidem ea una est, per quam diuine Maieitati debitum cultus prestamus, nos ipsos in celestibus collocamus. Ea inquam est, que hominibus a Deo preelectis honores adhibere nos admonet, que statum cuiusque professionis Principum scilicet, & Prælatorum exornat, rudes instruit, magistros erudit, & magistrat, eruditos discipulos compefcit, & quicquid diuinitatis, humanitatisque, ac honestatis usque est indicat, & demonstrat: non tamen ipse negare ausim præfatos illos ceremoniarum institutores, aliter à prima illius institutione huiusmodi solemnitates ordinasse, quam nostra ætas prosequitur, & colit; hoc enim in omnium ferè disciplinarum amplificatione euenisse videmus: quippè Hiparcus Astrologia peritus prodidisse legitur, tempus fore, ut non modo celestium victimationes a suo cultu; sed ipsi quoque calorum cardines a suo loco moucantur. Itaque multiplicata in dies pietate,

A etiam ceremonie adauctæ sunt, & salua rerum substantia reformatæ. Quæ etiam nostro tempore tam pro rei sacræ ueneratione, quam Apostolice Sedis ornamento, sacræ Senatus maiestate, cum ratione temporum, locorumque, & hominum ritè pensata, prout cuiusque merito, & usus conuenit, variantur, ornantur, & amplificantur: non utique ut præfatis aduersentur institutis (quia nimirum plura reperiuntur apud præfatos, que nobis probanda sunt, queque repudianda) sed ut iam dictum est rebus, temporibusque, & locis in dies emergentibus magis, ac magis accommodentur. Huiusmodi Templorum, & Ecclesiarum rationem, & formam cum vestibulis, cum aditis, cum Sanctis Sanctorum, cum Choris, & Baptisterys, & cum Altaribus, ac qualibus ceremonijs erigenda, & sale delibanda, & aquis sacris expianda, ac chrismate ad Mosaicæ traditionis imitationem erigenda, & consecranda esse adinuenit.

Ceremoniarum pro ratione locorum, & temporum variantur, & amplificantur.

Higinus adinuenit Templorum, & Ecclesiarum rationem, & formam, &c.

Ceremoniarum excellentia, & proprietate.

Hiparcus Astrologus peritus.

Multiplicata pietate, etiam ceremoniarum au-

FINIS LIBRI PRIMI.

